sis Comes. Notum facimus universis præ-
sentes Literas inspecturis, quod constitu-
tus coram nostra Celsitudine dilectus No-
bis Ulmanng dictus de Moneta Civis Gor-
litensis Theloneum transitus quod vul-
gariter Durchzoll dicitur, quod a No-
bis in Civitate Gorliz tenuit et posse-
dit in feudum, Nobis suo et suorum
Fratrum nomine liberè resignavit pe-
tens cum instantia, ut theloneum hu-
jusmodi cum suis utilitatibus, juribus
et pertinentijs dilecto Nobis Johanni
de Salz Civi Civitatis ejusdem, cui illud
justo venditionis titulo vendiderit eo-
dem jure possidendi donare et conferre gra-
tiosius dignaremur Nos rationabilibus
ipsius Ulmanni et aliorum ut puta
Consulum ipsius Civitatis nostræ Gorli-
censis supplicationibus pro ipso Johan-
ne devotè intercedentium annuere
gratiosius disponentes dicto Johanni
et suis hæredibus Theloneum prædictum
sub juribus eisdem, quibus Ulmanng
præfatus et sui prædecessores huc
usque illud tenuerunt nostro et hære-
dum nostrorum in eodem jure feudi